

tentiam, respondendum est, id esse verum de objecto...

73 Ad locum vero D. Thomae qui subiungitur, dicendum est cum Cajetano, S. Doctorem nomine virtutis intelligibilis...

74 Ad tertiam confirmationem primo nego Antecedens: Angelus enim dum homini loquitur, non infundit illi novam speciem...

75 Obijcies secundo contra secundam conclusionem: Glossa in illud 1. ad Corinth. 13. Si lingua hominum loquatur...

Nam de Angelorum lingua loquens: Quasi flammam (inquit) signis alteri alter voluntatem suam significat...

76 Obijcies tertio contra tertiam conclusionem: Si locutio angelica fiat per ordinationem conceptus unius Angeli ad alterum...

77 Respondeo negando sequelam Majoris. Ad cuius probationem dicendum est, quod quando D. Thom. ait, quod voluntas ordinat conceptum...

78 Obijcies quarto: Ipsi ordinatio conceptum unius Angeli loquentis ad audientem est in se actus liber: Ergo est occultus Angelo audienti...

79 Obijcies quinto: Actus liberi non sunt Angeli manifesti, ex eo quod ordinantur ad illum: Ergo locutio Angelorum non consistit in directione conceptum unius ad alium...

Respondeo distinguendo Antecedens: Non sunt manifesti ex eo quod ordinantur ad illum, ex sua ratione specifica...

Respondeo negando Antecedens: Non sunt manifesti ex eo quod ordinantur ad illum, ex sua ratione specifica...

ordinationem, sic eius objectum proportionatum, actualiter ipsi exhibitum sive explicatum.

Obijcies ultimo: Si locutio angelica ferret per directionem conceptum, malus Angelus loquendo alteri non posset unquam illi mentiri: Consequens est falsum: Ergo Antecedens. Minor patet: non Angeli mali reipsa sunt spiritus fallaces...

81 Respondeo negando sequelam Majoris. Ad cuius probationem, concessa Majori, nego Minorem: licet enim locutio angelica fiat per directionem conceptum, tamen demon, formato in se conceptu aut affectu non directo ad alium, potest formare alium conceptum ad eundem directum...

S. VI.

Corollarium notatu dignum.

EX dictis intelligitur primo discrimen notabile, quod inter locutionem humanam & angelicam reperitur: in nobis enim conceptus noster non est locutio, sed aliquid sensibile locutione manifestatum: at vero in Angelo, qui non indiget vocibus ut alteri loquatur, ipse conceptus internus habet eminenti modo rationem manifestatam...

82 Intelligitur etiam, locutionem angelicam in duobus simplicissimum differre ab illuminatione: Primo quia locutio est simplex manifestatio conceptus Angeli loquentis: illuminatio vero, prater manifestationem objecti, dicit conformationem intellectiva potentia, modo superius explicato. Unde S. Thom. q. 9. de verit. art. 5. intellectus aliquis deficit a cognitione aliquid cognoscibile proprio suo...

Secundo locutio & illuminatio angelica in eo differunt quod illuminatio est manifestatio occultis, secundum quod est a Deo formaliter, subindeque veri in quantum verformaliter: locutio autem non est revelatio occultis, prout est a Deo formaliter, atque ita nec formaliter ut veri, sed prout est a voluntate Angeli loquentis, sive prout est voluntas & liberum: quamvis alias in se sit verum materialiter & quasi per accidens: siquidem absolute potest esse falsum, & contingat non esse falsum, hoc non habet ex vi rationis formalis secundum quam formaliter manifestatur, sed aliunde, nempe quia repugnat subiecto decipere vel mentiri, ob perfectionem status beatifici in quo est: ut supra vidimus, malus Angelus alteri loquendo, potest illi mentiri, eumque decipere. Ita D. Thom. hic art. 2. ubi sic habet: Es qua mente concipiuntur, ad duplex principium referri possunt, scilicet ad ipsum Deum, qui est prima veritas, & ad voluntatem intelligentis, per quam aliquid actu consideratur. Quia vero veritas est tamen intellectus, & regula omnis veritatis est ipse Deus, manifestatio eius quod mente concipitur, secundum

dum quod dependet a prima veritate, & locutio est & illuminatio: puta si unus homo dicat alii, calum est a Deo creatum, vel homo est animal. Sed manifestatio eorum quae dependet a voluntate intelligentis, non potest dici illuminatio, sed locutio tantum, puta si aliquis alteri dicat volo hoc addicere, volo hoc vel illud facere. Cuius ratio est, quia voluntas creata non est lux, nec regula veritatis, sed participat lucem. Unde communicare ea quae sunt a voluntate creata, in quantum huiusmodi, non est illuminare: non enim pertinet ad perfectionem intellectus mei, quid tu velis, vel quid tu intelligas, cognoscere, sed solum quid rei veritas habeat.

84 Dices, Omnis Dei locutio est illuminatio: Ergo pariter omnis Angeli locutio, illuminatio dici debet. Consequentia videtur legitima ex paritate rationis. Antecedens vero probatur ex D. Gregorio lib. 2. Moralium cap. 5. ubi ait, quod Deus ad Angelos loquitur, eo ipso quod eorum cordibus occulta sua invisibilia ostendit. Ergo omnis Dei locutio ad Angelos est illuminatio ipsorum.

85 Respondeo concessio Antecedente, negando consequentiam & paritatem. Ratio vero discriminis assignatur a D. Thomae articulo citi in responsione ad tertium, ubi sic ait: Ad tertium attendendum quod omnis Dei locutio ad Angelos est illuminatio, quia cum voluntas Dei sit regula veritatis, etiam sic quod Deus velle, pertinet ad perfectionem & illuminationem mentis creatae, sed non est eadem ratio de voluntate Angeli, ut dictum est.

86 Inferes tertio, Angelos inferiores loqui ad superiores licet eos non illuminent: ut enim ait S. Doctor q. 9. de verit. art. 5. in corpore: Locutio potest esse in Angelis & in nobis sine illuminatione: quia quandoque contingit aliquis nobis manifestari per locutionem, ex quibus intellectus nullo modo ad intelligendum magis roboratur: sicut cum recitatur mihi aliqua historia, vel cum unus Angelus alteri conceptionem suam demonstrat, huiusmodi enim indifferenter possunt cognosci & ignorari ab eo qui habet debilem intellectum vel formam. Sed illuminatio semper habet locutionem adiunctam, & in Angelis & in nobis: non enim secundum hoc alium illuminamus, quod est aliud quod medium tradimus, quo intellectus eius roboratur ad aliquid cognoscendum, quod per locutionem fit. Similiter etiam oportet quod & in Angelis fiat per locutionem. Superior enim Angelus habet cognitionem de rebus per formas magis universales. Unde inferior Angelus non est proportionatus ad accipiendum cognitionem a superiori Angelo, nisi superior Angelus cognitionem suam quodammodo dividat & distinguat, concipiendum in se illud de quo vult illuminare, per modum talem quo sit comprehensibile ab inferiori Angelo, & talem conceptum suum alteri Angelo manifestando, cum illumus. Unde dicit Dionysius 15. capitulo caelestis Hierarchia: Unaqueque intellectualis essentia donata a se divinitus uniformem intelligentiam, provida virtute dividit & multiplicat ad inferioram ductricem analogiam. Et est simile de magistro qui videt disputantem non posse capere ea quae ipse cognoscit per illum modum quo ipse cognoscit, & ideo videtur distinguere & multiplicare per exempla, ut sic possit a Discipulo comprehendi. Dicendum est igitur, quod ipsa locutio quae illuminatio adiungitur, superioribus solum inferioribus loquuntur, sed secundum aliam locutionem indifferenter loquuntur & superiores inferioribus, & e converso.

87 Dices: Glossa super illud 1. ad Corinth. 13. Si lingua hominum loquatur & Angelorum, ait quod lingua sunt quibus Angeli praesertim mirabilis significant quod de Dei voluntate primi sentiant: Ergo Angeli inferiores non loquuntur superioribus, sed solum superiores inferioribus. Respondeo S. Thomas ibidem in resp. ad primum, quod Glossa ibi loquitur de locutione adjuncta illuminationi, non vero de locutione simpliciter, unde verbis illis solum potest inferri, Angelos inferiores non illuminare superiores, non tamen inferiores Angelos non loqui superioresibus. Dices rursus: Quicumque loquitur alieni de aliquo ignoto ei, docet ipsum: Si ergo inferiores Angeli loquuntur superioribus de propriis conceptibus quos illi ignorant: videtur quod eos doceant & illuminent.

88 Inferes quarto cum eodem Angelico Praeceptore, hic art. 4. localem distantiam non impedire locutionem unius Angeli ad alterum. Nam locutio Angeli in intellectuali operatione consistit, ut ex dictis patet: Sed intellectualis operatio Angeli omnino abstracta est & independens a tempore & loco: Ergo & locutio unius Angeli ad alterum, subindeque localis unius Angeli ad alterum distantia eorum locutionem impedire nequit. Unde quando Ista 6. dicitur de Seraphinis quod alter clamabat ad alterum: Clamavit ille (inquit S. Thomas in resp. 2.) non sit propter distantiam loci, sed significat magnitudinem rei quae dicebatur, vel magnitudinem effectus, secundum quod dicit Gregorius 2. Moralium: Tanto quisque minus clamat, quanto minus desiderat, & iuxta illud

Ambrosii ad verba illa Psalmi 118. Clamavi in toto corde meo: Clamavit cor nostrum, non sono corporis, sed cogitationum sublimatae, concentusque virtutum.

Inferes quinto, unum Angelum posse loqui ad alterum, 89 absque eo quod eius locutionem alii percipiat. Ita sanctus Doctor art. 5. ubi sic dicitur: Conceptus mentis unius Angeli percipi potest ab altero: per hoc quod ille cuius est conceptus, sua voluntate ordinat ipsum ad alterum. Potest autem ex aliqua causa ordinari aliquid ad unum & non ad alterum, & ideo potest conceptus unius ab aliquo uno cognosci, & non ab aliis. Et sic locutionem unius Angeli ad alterum potest percipere unus absque aliis, non quidem impediendo distantiam locali, sed hoc faciente voluntaria ordinatione.

DISPUTATIO XVI.

De hierarchiis, ordinibus, ac ministeriis Angelorum.

Ad questionem 108. & sequentes.

Hæc est ultima huius Tractatus disputatio, in qua exponemus ea quae docet D. Thomas a questione centesima octava, usque ad centesimam decimam quintam, & de hierarchiis, ordinibus, ac ministeriis Angelorum, ea quae poterimus brevitate & perspicuitate differemus.

ARTICULUS I.

Quae sint hierarchia & ordinis Angelorum?

S. I.

Prima pars quaestii resolvitur.

Dico primo, tres esse Angelorum hierarchias. Ita communiter Theologi post D. Dionysium de caelesti hierarchia cap. 6. & D. Thomam hic q. 108. art. 1.

Probatur: Hierarchia, quae latine dicitur principatus dicitur, est collectio personarum aliquo modo sacrarum, quae sub uno Principe continentur: Atqui triplex est huiusmodi collectio in Ang. Ergo & triplex hierarchia. Minor probatur: Multitudo ordinata sub Principe, multiplicatur secundum diversos modos, quibus ab illo recipit gubernationem: unde quia Angeli & homines diverso modo recipiunt divinas illuminationes quibus a Deo reguntur, (homines enim eas recipiunt per signa sensibilia; Ang. vero in intelligibili puritate, ut dicit Dionysius cap. 1. de caelesti hierarchia) ideo alia est hominum & alia Angelorum hierarchia: Atqui etiam Ang. non recipiunt eodem, sed triplici diverso modo divinum gubernationem, seu illustrationem quibus a Deo gubernantur: Ergo &c. Minor subsumpta probatur: Nam, ut dicitur D. Thom. hic art. 1. cum Angel. superiores habent universaliter cognitionem veritatis, quam inferiores, rationes rerum de quibus Angel. illuminantur, possunt considerari tripliciter, primo secundum quod sunt a primo principio, quae est universalissima consideratio; secundo prout dependent a causis universalibus, quae aliqua ratione multiplicentur; & tertio prout applicantur singularibus, secundum quod a suis propriis causis dependent, & sic oportet quod Angel. primae hierarchiae cognoscant rationes divinae providentiae, v. g. salutem D. Petri, ut explicat Ferraricus 3. contra Gentes cap. 80. in causa universalissima, quae est voluntas Dei, Angel. secundae in principis universalibus, puta in Passionem Christi, Angeli tertiae in causis particulari, ut in martyrio ipsius.

Confirmatur: Nam ut ait Innocentius V. in 2. dist. q. 2. unica art. 3. sicut in mente sapientis Regis potest quis videre regimen regni tripliciter, vel inspicendo eius voluntatem, quae movet omnia; vel inspicendo leges generales & consuetudines totius regni, quibus regit singulari; vel denique inspicendo consuetudines & leges speciales diversorum locorum, quibus regit specialia loca: ita Angel. tripliciter recipit illuminationem de effectibus Dei, primo intendo illos in ipsa causa universalissima, scilicet voluntate divina; secundo in causis secundum universalibus; tertio in causis specialibus. Primum pertinet ad primam hierarchiam, secundum ad secundam; tertium ad tertiam: nam qui de prima sunt, solum circa Deum occupantur, propterea alicentibus appellantur; qui vero de media, operantur circa regimen generale, unde ab his effectibus generalibus accipiunt nomen, ut infra dicemus; qui de tertia, operantur circa regimen speciale aliquarum partium vel personarum universi, & ideo ab his effectibus cognominantur. Sicut in regno temporali quidam occupantur circa officium personae Regis; quidam circa regimen generale regni, & quidam circa regimen speciale particularium locorum.

Ex alio principio desumunt alii diversitatem hierarchiarum in Ang. Quia enim ordo hierarchiae est quoddam purgare, quoddam vero purgari, quoddam illuminare, & alios

Alia difficultas expeditur.

alios illuminari: quosdam denique pericere, & alios per- hui, ut ait Dionysius cap. a. caelestis hierarchie: ideo iux- ta triplex hoc hierarchie munus recte in tres hierarchias ordinantur eas Ang. ita ut alii purgant, illuminant, & perficiant; alii purgantur, illuminantur, & perficiantur; ac mox mediam hoc modo purgata, illuminata, & perfecta, in inferioram eodem divinis effectibus prestat. Vel prima a solo Deo purgatur, illuminatur, & perficitur; sed in- feriores purgat, illuminat, & perficit: secunda purgatur, illuminatur, ac perficitur a superiori, & tertiam purgat, illuminat, & perficit: tertia & ultima nullam aliam nisi humanam purgat, illuminat, & perficit; sed a superio- re purgatur, illuminatur, & perficitur.

4. Circa hunc discursum, & tres illos actus hierarchicos, triplex occurrit difficultas, breviter hic resolvenda. In primis enim quaeritur quomodo, & qualis possit esse in caelesti hierarchia purgatio? Omnis enim purgatio est ab aliqua impuritate: Sed Angelis nulla est impuritas: Ergo nec illa videtur esse purgatio.

Secundo, Difficile apparet, quomodo possit esse in caelesti hierarchia illuminatio tam activa quam passiva: videtur enim Angeli beati Deum sine ullo medio, sicut esse in seipsis, & ab illo lumen immediate accipiunt: Quomodo ergo unus Angelus illuminat alium?

Tertio, Videtur quod unus Angelus alium non perficiat: fieri enim perfectum convenit vie, qua est status me- riti; & repugnat termino, qui est status pramii: Ergo videtur quod Angeli, cum sint in termino, & in statu pramii, non habeant in se perfici: sed solum perfectos esse.

5. Ad primum difficultatem respondendo Angelos inferiores purgari a superioribus, non a peccato, vel errore, aut ignorantia proprie dicta, quae locum non habet in Angelis, sed a negligentia, qua in illis reperitur, cum omnes veritates supernaturales non cognoscant.

6. Ad secundam dico, quod Deus offert se immediate Angelis beatis, quantum ad obiectum bestitudinis; sed quan- tum ad revelationem occultarum qua pertinent ad disposi- tionem universi, & regimen Ecclesiae, aut mysteria gratiae, inferiores Angeli possunt a superioribus illumi- nari, & secundum huiusmodi revelationes, ad primum accidentale pertinentes, continuo perfici, quantum in praeio essentiali sint perfecti: ex quo patet solutio ter- tiae difficultatis.

Quaere primo: An tres illi actus hierarchici realiter inter se distinguantur, & ad diversas potentias pertinent?

7. Respondeo ex D. Thom. supra q. 106. art. 2. ad 1. hos tres actus purgandi, illuminandi, & perficiendi, ad intellectum pertinere; nec inter se distingui realiter tanquam tres operationes, sed esse unum actum sub triplici habitu dine; ita ut dicatur purgatio, quatenus excludit ignorantiam (non erroris aut privationis proprie dictae, sed negatio- nis aut negligentiae) & appellatur illuminatio, quatenus per illum confertur lumen (modo supra explicato, agen- do de illuminatione Angelorum) itemque perfectio, qua- tenus mentem perducit ad cognitionem veritatis, qua est maxima perfectio naturae intellectualis. Sicut inquit S. Doctor) si dicamus visum corporalem purgari, in quan- tum remouetur tenebra: illuminari vero, in quantum per- funditur lumine: perfici vero, secundum quod perducitur ad cognitionem colorati.

8. Quaere secundo, Utrum in Divinis vera sit & proprie dicta hierarchia?

Respondeo ex eodem Angelico Praeceptor hic art. 1. in divinis personis esse quidem ordinem naturae (id est originis) sed non hierarchie. Nam ut Dionysius dicit q. c. caelestis hierarchie ordo hierarchie est alios purgari, & illu- minari, & perfici: alios autem purgare, illuminare, & perficere: quod abest ut in Divinis ponamus.

Ado quod hierarchia subiectionem dicit sub uno Prin- cipe, quo etiam in personis divinis reperiri nequit.

Duplex ergo solum statuenda est hierarchia, caelestis scilicet viae Angelicae, & humanae sive Ecclesiasticae, qua: ab alia derivata seu exemplata est: unde sicut illa tri- plex est, suprema scilicet, media, & infima, ita & illa nempe Naturalis, Moysaica, & Evangelica: qua duabus prioribus antiquitatis, sola nunc superest. Item sicut Ange- licae plures continet ordines sive cohortes, ita & Eccle- siastica; nam ut ait Apostolus ad Eph. 4. ipse dicit quos- dam quidem Apostolos, quosdam autem Praepositos, alios vero Evangelistas, alios autem Pastores & Doctores: ad consumma- tionem saeculorum, in epus ministerii, in adificationem corporis Christi. Unde Dionysius post Tractatum de caelesti hierarchia, agit statim de Ecclesiastica numerum eo quod hierarchia Ecclesiae sit expresse effigies superioris atque caelestis, sive imitatio Angelicae, ut animadvertit Ama- stasius Synaita in libro de analog. contem. ex Apo- stolo, qui hierarchie nostrae ordines dicitur esse sive exem- plaria caelestium, quasi imitantia beatarum mentium, appellat.

omnia dominantem exercentis, divinitatis imitricem, si- gnificat docet. Gregorius vero ideo nominari existimat, quod mira potentia praevincit, pro eo quod eis cetera ad obediendum subiecta sunt. Unde Bernardus lib. 5. de confid. cap. 4. ait quod in inferioribus quinque ordini- bus adeo supereminet, ut respectu horum ceteri videantur omnes administratores spiritus, & ad istos, tanquam ad do- mines referri regimini Principatum, iustamina Potestatum, operationes Vicariorum, revelationes Archangelorum, curam & providentiam Angelorum.

Secundus ordo est Virtutum, quae jam incipiunt ge- neralia opera exequi, ut movere caelos, & facere opera mirabilia: qua ad gubernationem mundi, & Ecclesiae re- gimen pertinent; & ideo dicuntur Virtutes, quia divi- na virtute qua pollent, signa & prodigia parant. Vel ut ait Dionysius ubi supra: Virtutum appellatio virilem quamdam, masculam, inconcussumque fortitudinem signifi- cat, quae in omnibus divinis suis adionibus praedita, ad nullas divinas illuminationes capiendas invalida, imbecille- que sunt, sed firmitatem habent & vigorem, quem & in inferiora derivant.

Tertius est Potestatum, ad quas spectat inconcussum divi- nae providentiae ordinem servare remouendo impedimen- ta, & coercendo demones, ne illum perventant. Unde Gre- gorius, Hicoridus, Bernardus, & alii, inde huius nominis ori- ginem, derivari dicunt: quod hoc potentius ceteris in suo ordine persequitur, ut eorum ditioni virtutes adversis subiectis sint, quorum potestate refrantur, ne corda hominum tantum te- nere praevaleant, quantum volunt. Dionysius vero ex eo vult Egrotas hoc est potestates, nuncupatas, quod concin- ne liberatae sunt, & ad expiendam divina sine ulla confusio- ne libere sunt erectae, neque iure ac potestate sua per vim & tyrannidem abutantur, sed inferiores ad imitationem su- preme illius potestatis benigne provehant.

12. In tertia hierarchia ad quam pertinet executionem man- dare, & applicare causas particularibus ordinem divinae providentiae, sedem habent primo Principatus, quibus hoc nomen ideo tribuitur Dionysius putat, quod sum- mae maiestatis dignitate, praecipua ratione imitantur & consequi student, ad idque inferiores attrahunt, in quos ducantur & principatum exercent. Gregorius vero sic eos dicit ait: quia ipse quoque bonis Angelorum spiritibus praesunt, quia subiectis aliis dum quasque sunt agenda dis- ponunt, eis ad expedienda divina ministeria principantur. Unde Bernardus ait. Illorum moderamine & sapientia, cuius in terris principatus constituitur, regitur, limitatur, transferentur, mutatur, mutatur.

Ad eandem hierarchiam pertinent Archangeli; inter- ep. & Angelos medii, inquit Dionysius, quia myrieteriorum concilii, non nisi magnis & praecipuis de causis ad illa nun- tianda mittuntur, iuxta illud Gregorii Magni: Qui minime nunciant Angeli: qui vero summa annuntiant, Archangeli vocantur. Illis etiam datur cura personarum publicarum, ut Pontificum, Regum, & Principum. Demum Angeli qui mi- nima nunciant, & quibus privatorum hominum custodia commissa est, infimum tenent locum in tertia hierarchia. Unde Bernardus 5. de confid. cap. 4. Praemissi Angeli dicit, qui singulis hominibus dant creduntur. Praemissi his praesit Archangelus, qui concilii myrieteriorum divinarum, non nisi ob praecipuas & maximas causas mittitur.

13. Porro hae ordinis assignatio ac dispositio, a Diony- sio facta, congrua sane invenitur. Nam ut discurret D. Thomas hic art. 6. in his quo recte sunt disposita, su- prenum inferioris ordinis habet affinitatem cum infimo ordinis superioris, sicut infima animalia parum distant a plantis: Sed hoc reperitur in hae Angelorum dispositio- ne. Ergo illa est congrua. Minor probatur: nam supre- mum ordo Seraphinorum, qui denominatur ab incendio amoris, habet affinitatem cum Spiritu S. qui est amor pro- cedens, & ultimus terminus divinarum processionum. Si- militer Throni, qui tenent infimum locum in prima hier- archia, habent affinitatem cum Dominationibus, quae sunt in primo gradu secunda hierarchie. Denique Principatus & Potestates habent affinitatem, quatenus pertinet ad Potestates ordinem subiectis imponere, qui ordo statim designatur in nomine Principatus, quia ipsi sunt primi in executione, utopae praesidentes gubernationi gentium & regnorum, quod est primum principium in divinis mini- steriis, bonum enim commune est dignius seu divinius quam bonum particulare.

Solvuntur objectiones.

14. Quaedam fieri possunt argumenta in contrarium, quae breviter hic proponenda ac diluenda sunt. In primis obijci potest, quod nomen Seraphim imponitur ab ardore, qui ad caritatem pertinet, nomen autem Cherubim a scientia. Sed caritas & scientia sunt dona communia omnibus Angelis: Ergo illa nomina non dunt specialium ordinum, sed omnibus Angelis communia.

Theol. Genes, Tom. II.

Deinde, Scientia in patria nobilior est quam caritas, cum in visione consistat formaliter beatitudo: Ergo Cheru- bini preferendi sunt Seraphinis, & in primo ordine collo- candi, ut re ipsa collocat Gregorius homil. 34. in Evang.

Præterea, Thronos specialem beatorum spirituum ordi- nem diximus, a Cherubinorum ordine diversum, eo quod Deus in illis sedeat, & quiescat: Sed hoc convenit etiam Cheru- binis, nam per Psalmistam dicitur: Qui sedet super Cheru- bim, appare: Ergo in prima hierarchia non debet admitti tertius ordo, a Cherubinorum ordine diversus.

Denique Gregorius citatus homil. 34. in Evang. ponit principatus supra potestates: Non ergo collocatur imme- diate super Archangelos, ut Dionysius dicit.

Ad primum respondeo ex D. Thom. hic art. 5. quod no- men Seraphim non imponitur tantum a caritate; sed a caritatis excessu, quem importat nomen ardoris. Similiter nomen Cherubim imponitur a quadam excessu scientia, unde interpretatur plenitudo scientiae. Licet ergo caritas & scientia dona sint communia omnibus Angelis: quia tamen abundantius existunt in superioribus, ab hoc excessu nobili- ter in hierarchia caelesti locum habere, & specialibus insigniri nominibus mereantur. Unde Gregorius ubi supra: Quae ex parte ab omnibus habentur, eis in privato nomine da- ta sunt, qui hac in munere plenius acceptaverunt.

Ad secundum respondeo S. Doctor hic art. 6. ad 3. Quod 16 cognitio est secundum quod cognita sunt in cognoscendo: Amor autem secundum quod amans uniter rei amata. Superiora autem nobilitati modo sunt in seipsis quam in inferioribus; infiora vero nobilitati modo in superioribus quam in seipsis; ideo in- feriorum quidem cognitio praevincit dilectioni; superiorum au- tem dilectio, & praecipue Dei praevincit cognitioni. Vel etiam dicitur potest, quod Dionysius consideravit Seraphim in ordine ad statum huius viae, ubi amor scientia praesertur: Gre- gorius vero consideravit Cherubim per respectum ad statum patriae, in qua scientia amorem antecellit.

Ad tertium respondeo, Deum dici in Scriptura sedere su- per Cherubim, non quod ad illos specialiter haec excellentia & prerogativa pertineat, sed quia cum vicini sint Thronis, aliquam cum eis habent affinitatem, & cognationem, ratio- nem cuius ea quae Thronis sunt propria, Cherubinis interdum attribuuntur. Ita Gregorius Magnus homil. 34. citata in Evang. Plerumque inquit) ipse beatorum spirituum ordinem, vicinarum sibi ordinum vocabula sortuntur. Thronus: etiam, scilicet sedes Dei, specialiter beatorum spirituum ordinem dicitur; & tamen per Psalmistam dicitur: Qui sedet super Cheru- bim, appare: quia videlicet duo in ipso distinctionibus agnuntur Cherubim Thronis junguntur, sedere etiam super Cherubim Dominus ex vicini agnuntur aequalitate perhibetur. Sic enim in illa summa civitate specialia quaedam singulorum sunt, ut tamen sine communia omnium, & quod in se ex parte vocari habet, hoc in alio ordine totum possidet: sed idcirco uno eodem- que vocabulo communiter non censetur; ut ille ordo vocari privato universisque rei nomine debeat, qui hunc in munere plenius accepit.

Ad ultimum respondeo S. Thom. hic art. 6. ad 4. Quod si qui: 18 diligenter consideret dispositiones ordinum secundum Dionysium & Gregorium, parum vel nihil differunt si ad rem referantur. Exponit enim Gregorius Principatum nomen, ex hoc quod boni spiritibus praesunt: & hoc convenit Virtutibus; secundum quod in nomine virtutum intelligitur quaedam fortitudo, dant efficaciam inferioribus spiritibus ad exequenda divina ministe- ria. Rursus Virtutes secundum Gregorium videntur esse idem quod Principatus secundum Dionysium: nam hoc est primum in divinis ministeriis miracula facere; per hoc enim paratur via annunciationi Archangelorum & Angelorum.

Quaere primo, An hi ordines sint remanant post diem 19 iudicii?

Respondeo ex D. Thom. hic art. 7. ordines Angelorum remanant post diem iudicii alio modo, & aliquo modo non remanant. In illis enim duo possunt considerari, scilicet distinctio graduum naturae & gratiae: & haec semper in Angelis beatis remanebit, ut patet: & executio mini- steriorum, quae non remanebit quoad hoc quod est homines in finem ultimum perducere, quia tunc completus erit numerus electorum, bene tamen quantum ad officium illuminandi: nam post diem iudicii homines qui iam saltem erunt consecrati, aliquam illustrationem habebunt per Angelorum officia, ut ait idem S. Doctor ibidem in resp. ad 3. Ex quo facile intelligitur quid velit Apostolus, dum ait 1. ad Corin. 15. Cum eraditorie (scilicet Christus regnum Deo & Patri, evacuabit omnes Principatum, & Potestatem, & Virtutem. Sensus enim horum verborum est (ut expli- cat S. Thom. in resp. ad 1.) quod cum Christus perdu- xerit omnes electos ad fruendum ipso Deo, tunc evacua- buntur Principatus, Potestates, & Virtutes quantum ad hoc quod est homines in finem perducere, quia consecuto iam sine, non est necessarium tendere in finem. Vel (ut alii explicant) tunc evacuabit potestates ignitas, scilicet demones, qui & ipsi Principatus & Potestates appellantur ad Eph. 6. quia tunc non poterunt amplius tentare ac sedu- cere homines, sed omnes tunc manebunt rudentibus inferni devincti, & ignibus tartareis in perpetuum alligati.

Quaerit 3

20. Quæres secundo, An in malis Angelis diversitas ordinum remaneret?

Respondet ex D. Thom. q. 109. art. 1. in malis Angelis non esse ordinem quoad perfectionem gloriae, aut gratiae (quævis quoad istam fuerit aliquando) bene tamen quoad perfectionem naturæ. Et hoc etiam est: nullum enim habent donum gratiæ; aliunde naturalia in ipsis manserunt integra: unde etiam in ipsis est aliqua prelatio, quia ut ait idem S. Doctor hic q. 109. art. 2. Cum actio sequatur naturam rei, quorumcumque natura sunt ordinata, oportet etiam quod actiones sub invicem ordinentur. Non tamen propterea demonibus est proprie illuminatio: eo quod illuminatio proprie est manifestatio veritatis, secundum quod habet ordinem ad Deum qui illuminat omnem intellectum, ut in fine præcedentis disputationis annotavimus; perveritas autem demonum hoc habet, quod unus non intendit alium ordinare ad Deum, sed magis ab ordine divini abducere: ideoque unus demon alium non illuminat, sed seducit. Ita ibidem art. 3.

21. De his novem Angelorum Choris eleganter differit Bernardus lib. 5. de confid. c. 4. ubi hæc scribit: Quis sibi vult gradatilis hæc distinctio? Putemus Angelos dici, qui singulis singulis hominibus dati creduntur. Putemus his præesse Archangelos, qui consilii mysterium divinum, non nisi et præcipuas & maximas causas ministrant. Putemus super istos Virtutes esse, quarum actu vel opere signa & prodigia in elementis sive ex elementis facta apparent ad communionem mortalium. Putemus Potestates superiores istis, quarum virtute potestas venerunt comprimuntur, & coercetur malignitas aeris hujus, ne quantum vult nocere, ne malignari, nisi ut profic, possit. Putemus principatus his quoque prelatos, quorum moderamine & sapientia omnis in terra principatus constituitur, regitur, limitatur, transferitur, mutatur, mutatur. Putemus Dominatibus adeo cunctis spectantibus præfatis ordinibus, ut respectu horum ceteri videantur omnes administratores spiritus, & ad istos tanquam ad dominos referri regimina Principatus, tutamina Potestatum, operationes Virtutum, revelationes Archangelorum, curam Angelorum. Putemus Thronos alio etiam ab his exaltate recessu, qui ex eo quod sedent Throni dicuntur, & ex eo sedent quod sedet in eis Deus. Quæris quid per istam sententiam significet? Summam tranquillitatem, placidissimam serenitatem, pacem que exuperat omnem intellectum. Putemus Cherubim ex ipso sapientia fonte, ore Altissimi haurientes, & refundentes fuenta scientiæ, universis civibus suis. Putemus Seraphim spiritus toros æthere igne suscessos, succedere universis, ut singulis civibus suis lucernas ardentes & lucentes; ardentes caritate lucentes cognitione.

ARTICULUS II.

Utrum Angeli superiores interdum mittantur in ministerium?

§. I.

Quibusdam præmissis, referuntur sententia.

22. Suppono primo, Angelos distinguere in assistentes & ministrantes: ut colligitur ex illo Daniel. 7. *Milia millium ministrabant;* & dicitur centena millia assistebant ei. Assistentes dicuntur illi, non qui essentiam divinam immediate vident (hoc enim omnibus Angelis Beatis convenit) sed qui immediate recipiunt illuminationes a Deo, vel ut ait D. Thom. hic q. 112. art. 3. qui secreta divinarum mysterium in ipsa claritate divina essentia percipere possunt: unde tres soli ordines primæ hierarchie, scilicet Seraphim, Cherubim, & Throni, dicuntur assistere. Ministrantes vero appellantur illi, qui ad mundi regimen & gubernationem, vel per modum exequentis, vel per modum disponentis ministrant: & ita aliæ duæ hierarchie dicuntur ministrare, cum hoc tamen discrimine, quod primus ordo secundæ solum per modum disponentis, alii vero quinque ordines per modum exequentis ministrant, ut patet ex dictis articulo precedenti.

23. Suppono secundo, quod sicut duplex est missio divinarum personarum, una scilicet visibilis, qualis est missio Verbi ad naturam humanam; & alia invisibilis, qualis est missio Spiritus Sancti per gratiam ad animam iusti, ita etiam duplex distingui potest missio Angelorum; una visibilis sive exterior; & alia invisibilis sive interior. Missio visibilis est qua Angeli mittuntur ad exterius aliquid ministerium in his inferioribus exercendum, invisibilis vero fit per hoc quod superiores illuminant inferiores.

24. Suppono tertio, adhuc duobus modis Angelos mitti in ministerium exterius, mediate scilicet & immediate. Illi mittuntur immediate, qui per seipsos immediate ipsum ministerium exercent: illi vero mittuntur mediate, qui alios movent per imperium, ex speciali tamen ordinatione divina, ad ipsum ministerium immediate exercendum.

25. Suppono quarto, omnes Angelos mitti missione visibili ad invisibili, mediate vel immediata: quia nimirum vel exercent exterius ministerium, vel alios movent ad illud

exercendum, vel denique omnes superiores illuminant inferiores. His positis,

Difficultas solum superest, utrum omnes Angeli mittantur immediate missione visibili? In cuius resolutione duæ sunt Auctorum sententia: prima est Scoti, Durandi, Molina, Valentia, & aliorum, assentientium omnes Angelos immediate mitti in ministerium, missione visibili; ita tamen ut inferiores regulariter mittantur, superiores vero ex speciali tantum Dei dispensatione, & ad aliquem effectum extraordinarium. Secunda est D. Thom. hic q. 112. art. 2. & 4. docentis ex Dionysio & Gregorio, Angelos primæ hierarchie, qui assistentes dicuntur, nempe Seraphinos, Cherubinos, & Thronos, & primum ordinem secundæ hierarchie, qui est Dominationum, nunquam mitti ad exteriora ministeria, immediate scilicet; quamvis dici possent ad ea mitti mediate, quatenus alios movent ad illa exercenda.

§. II.

Sententia D. Thom. præfertur.

Deo igitur, nec de lege ordinaria, nec extraordinaria, Angelos quatuor primorum ordinum, nempe Seraphinos, Cherubinos, & Thronos, & Dominationes, ad exteriora ministeria mitti; sed solum Angelos quinque ordinum inferiorum, scilicet Virtutes, Potestates, Principatus, Archangelos, & Angelos.

Prima pars conclusionis probatur primo ex SS. Patribus: Dionysius enim c. 7. celestis hierarchie hoc expressè docet, & asserit se ita credere, sicut a D. Paulo accepit. Unde illum refert & sequitur D. Gregorius homil. 34. in Evangel. his verbis: *Docet autem Dionysius, quod ex minorum Angelorum agnitionibus foras ad explendum ministerium vel visibiliter vel invisibiliter mittantur, scilicet quia ad humana solatia vel Angeli vel Archangeli veniunt.* Nam superiora illa agmina ab intimis nunquam recedunt; quoniam ex qua præminent, usum exterioris ministerii nequaquam habent. Et paulo post subdit: *Qui assistunt, sic contemplatione intus perscrutantur, ut ad explenda foras opera minime mittantur.*

Probatur etiam eadem pars ratione D. Thom. hic art. 4. Illi Angeli solum mittuntur (sed lege saltem ordinaria) in exterius ministerium, quorum nomina aut proprietates designant aliquod exercitium exterius: Sed nomina & proprietates quatuor ordinum superiorum, non significant executionem, seu exterius ministerium, bene autem nomina quinque ordinum inferiorum: Ergo Angeli quatuor primorum ordinum non mittuntur, saltem de lege ordinaria. Major patet. Minor probatur: quia nec imperium (quod importatur nomine Dominationum) nec quies seu tranquillitas mentis, aut plenitudo scientiæ, aut ardor caritatis (que significantur nomine Thronorum, Cherubimorum, & Seraphimorum) designant ministerium exterius, bene autem nomina & proprietates Potestatum, Virtutum, Principatum, Archangelorum, & Angelorum: nam, ut articulo precedenti declaravimus, pertinet ad Virtutes dare alii potestatem exercendi ordinatum; ad Potestates arcera demones; ad Principatus regere regna & provincias; ad Archangelos minciare magna, & parva ad Angulos: Ergo nomina & proprietates quatuor ordinum superiorum, non significant executionem, seu exterius ministerium, bene tamen nomina quinque ordinum inferiorum.

Confirmatur: Si Angeli superiores, de lege ordinaria, ad exteriora ministeria mitterentur, inepta esset illa assistentia & ministrantia Angelorum paritio; quia tamen a Theologis communiter recipitur, & ex veris Scripturæ locis colligitur, præsertim ex illo quem supra ex Daniele retulimus.

Quod vero nec ex dispensatione divina, seu lege extraordinaria, Angeli superiores ad exteriora ministeria mittantur; quæ est secunda conclusio pars, ex eodem Sancto Doctore hic art. 2. suadet. Hoc habet ordo divinus providentia, quod inferiora per superiora ordinatim administrantur, nisi oblat aliqua ratio in contrarium: Sed nulla est ratio cur ab hoc ordine recedatur in ministerium Angelorum: Ergo nec ex divina dispensatione, seu lege extraordinaria, Angeli superiores seu assistentes, ad exteriora ministeria mittuntur. Major patet. Minor probatur. Ideo ordo naturæ præternaturalis, quia sic expedit ad gratiæ manifestationem, vel ad fidei confirmationem; ob eas enim dumtaxat causas Deus agit aliquando contra ordinem in natura statutum: Sed hæc rationes cessant in ministeriis Angelorum, quia illa pertinent ad ordinem gratiæ; & aliunde præternaturalis ordinis statum non valet ad fidei confirmationem, cum non possit hominibus viatoribus innotescere: Ergo nulla est ratio, cur ab ordine statuto in ministeriis Angelorum recedatur.

Confirmatur primo: Nihil est tam arduum in ministeriis divinis, quod inferiores Angeli exercere non valeant; Ergo non debent propterea mitti superiores.

Confirmatur secundo: Si ad aliquid debuisset mitti aliquis Angelus ex superioribus, maxime ad nunciandum ministerium Incarnationis, quod est summum & præstantissimum

nam inter omnia divina mysteria. Sed ad hoc non fuit missus nisi unus ex Archangelis, scilicet Gabriel, ut docet D. Gregorius loco citato, dicens: *Qui summam nuntians, Archangelus vocatur: hinc est quod ad Virginem Mariam Gabriel Archangelus mittitur:* Ergo Angeli superiores, etiam de lege extraordinaria, ad exteriora ministeria non mittuntur.

§. III.

Solvuntur objectiones.

30. Contra hanc nostram assertionem varia militat argumenta. Nam primo Apostolus ad Hebræos 1. dicit quod Omnes Angeli sunt administratores spiritus, missi propter eos qui hereditate capiunt salutem: *Qui summam nuntians, Archangelus vocatur: hinc est quod ad Virginem Mariam Gabriel Archangelus mittitur:* Ergo Angeli superiores, etiam de lege extraordinaria, ad exteriora ministeria non mittuntur.

31. Confirmatur secundo ex illis verbis Daniel. 10. *Michael unus de principibus primis, venit in adiutorium meum.* Ubi de Michaelè utrumque asseritur, nempe illum esse de superioribus Angelis, & esse missum. Item Tobia 12. Raphael dicit: *Ego sum unus ex septem, qui assumunt ante Dominum;* & tamen missus est in ministerium junioris Tobie: Ergo Angeli primæ hierarchie, qui, ut supra diximus, soli sunt assistentes, mittuntur interdum ad exteriora ministeria.

32. Confirmatur tertio: Angeli omnes vel assistunt, vel ministrant, ut colligitur ex Danielis cap. 7. Sed Dominationes (qui sunt primi Angeli secundæ hierarchie) non assistunt, cum non recipiant immediate illuminationes a Deo, sed per Angelos primæ hierarchie illuminantur: Ergo ministrant.

33. Ad objectionem respondeo, quod omnes Angeli sunt administratores spiritus, quia omnes ministrant, & mittuntur missione visibili, aut invisibili, mediate vel immediate, ut antea declaratum est, & explicat D. Thomas hic art. 2. ad 1. Ad illud quod additur dicendum est, illum Angelum, qui labia Prophete ignito carbone pargavit, non fuisse ex ordine Seraphimorum, sed unum ex inferioribus Angelis; qui dicitur est Seraphim, id est *incendens*, quia venerat ad incendendum labia Prophete, idque præstabat virtute & auctoritate alioquin Seraphini, cuius efficientiam participabat, & cuius veluti vicarius & minister erat. Sic sepe Angeli in veteri lege Dei nomen assumebant, quia esse personam sustinebant, ut patet ex illo Genesis 31. *Et dixit Angelus Dei ad me: ego sum Bethel.* Ita ex Dionysio cap. 11. celestis hierarchie docet S. Thomas hic art. 3. ad 2. & D. Gregorius homil. 34. in Evangel. ubi ait: *iii spiritus qui ministrant, eorum vocabulum percipiunt, quorum officium gerunt: qui enim ut peccata incarnationis incendat, de altari Angelus carbonem portat, Seraphim vocatur, quod incendium dicitur.*

34. Ex quo patet responso ad illud quod subiungitur de Cherubino, adeo portam paradisi terrestis collocato: ille enim (ut docet Cæterus in cap. 3. Genesis) non fuit de secundo ordine primæ hierarchie (liquidem illud ministerium non videtur adeo excellens, ut intuitu eius deberet fieri dispensatio) sed magis aliquis ex infima hierarchie: qui Cherubim dicitur esse, eo quod in ea custodia Cherubini subordinetur, & prohiberi ingressum paradisi, in quo erat lignum scientiæ, que Cherubinis attribuitur.

35. Similia docet Pererius in Genesim lib. 6. disp. de Cherubim q. 6. ubi hæc scribit: *Vera est illa Dionysii sententia, omnes proprietates omnium ordinum angelicorum in singulis etiam reperiri, verum hoc discrimine: proprietates superiorum ordinum reperiri etiam in inferioribus, sed per similitudinem eorum proprietatum participationem; proprietates autem inferiorum ordinum sunt item in superioribus, sed eminenter & excellenter.* Cherubim igitur significat plenitudinem scientiæ, que per excellentiam est in octavo ordine, per participationem autem communicatur inferioribus ordinibus. Itaque hoc loco nomen Cherubim non significat spiritus celestis octavi ordinis sed inferiorum ordinum Angelos: *suprema enim hierarchie spiritus non mittuntur a Deo ad exteriora ministeria.* Angeli vero quibus custodia paradisi assignata est, rite nominati sunt Cherubim, ex abundantia scientiæ, ut ex eo intelligeretur, vigilantissimum & sapientissimum paradisi custodem esse a Deo postum, quem scilicet nemo aus dæli solent, aut viribus vincens, in paradisi intrare possit.

36. Ad primam confirmationem responderet concessa Majori, negando Minorem. Ad probationem ex D. Bernardi testimonio desumptam, dicendum est, Gabrielem non esse de minoribus, quia non est de infimo ordine Angelorum, sicut dicitur in Genes. 1. Tom. II.

qui minima nuntiant, sed de secundo ordine Archangelorum, qui annuntiant summa, ut cum D. Gregorio docet S. Thomas hic art. 2. immo nec esse de minoribus secundi ordinis, nam ut cenet D. Bernardus Epistol. 77. ad Hugonem, Gabriel fuit Angelus custos Beata Virginis Mariæ, de cuius autem ad custodiam eius, que ad summam gradum gratiæ & gloriæ fuit a Deo electa, deputaretur summus Archangelus.

Ad secundam confirmationem respondeo, Michaelè 40 dici unum de principibus primis (non quod sit Angelus supremi ordinis, aut hierarchie (ad secundum enim ordinem tertie hierarchie spectat) sed quia Archangelus, quorum unus est Michael, dicuntur principes Angelorum: ut docet D. Thomas hic q. 112. art. 3. unde D. Hieronymus in locum citatum Danielis 10. ait: *Principes autem primis, Archangelos intelligimus:* vel quia est unus de Angelis, qui velut principes universæ terre præfati sunt, qui olim constitutus fuit princeps Synagoga, & modo præfideat Ecclesiæ Christianæ.

Adde quod quidam dicit confirmantur Michaelès, unum 41 dicit esse supremum omnium Seraphimorum, & primum ducem celestis militiæ in Ecclesiâ triumphante; alterum Archangelum, & supremum ducem in Ecclesiâ militante. Cum enim (inquit) periculis spirituales que sunt in quibusdam Angelis per proprietatem, repariantur in aliis per participationem; etiam nomina propria aliquorum Angelorum attribuuntur aliis, secundum quod participat eorum proprietatem. Unde propterea Angelus qui olim præerat Synagoga Judæorum, & modo creditur præesse Ecclesiæ, dicitur Michael, quia participat proprietatem supremi Angelorum bonorum, quantum ad hoc quod sicut supremus Angelorum bonorum refertur ad Angelis apostatis, persistendo in bono, & dicendo: *Quis tu Deus?* ita etiam Angelus qui præfideat modo Ecclesiæ, resistit infidelibus, hæreticis, & aliis a fide Christiana deficientibus. Quoties ergo in exterius aliquid ministerium Michael mitti perhibetur, si fermo fit de missione immediata, hoc non debet intelligi de primo Michaelè, sed de secundo, qui est talis solum per participationem: & de utroque sub hoc nomine Michaelis festum celebratur ab Ecclesiâ.

Ad illud quod subiungitur de Raphaele, respondeo il- 42 lum dici unum ex septem Angelis qui assistunt ante Dominum, non quod sit unus ex Angelis primæ hierarchie, qui assistentes dicuntur (custodia enim Tobie non fuit ministerium adeo excellens, ut ab uno Angelo infima hierarchie exhiberi non poterit) sed quia est unus ex multis Angelis qui assistunt ante Dominum videntes faciem eius semper; teste enim Gregorio homil. 33. *Sepentium numero universitas figuratur:* vel etiam quia est unus ex septem Angelis, qui veluti principes universæ terre præfati sunt, de quibus sepe mentio fit in Apocalypsi.

Ad tertiam confirmationem, dicendum cum D. Thom. 43 hic quest. 112. art. 4. ad 1. *Quod Dominationes comprehendunt quidem inter Angelos ministrantes, non sicut exequentes ministerium, sed sicut disponentes & mandantes quid per alios fieri debeat.* Sicut architectores in ædificiis nihil manu operantur, sed solum disponent, & præcipiunt quid alii debeant operari.

Pro completa hujus difficultatis resolutione, advertendum est, quod quando dicimus Angelos quatuor primorum ordinum, de lege ordinaria, aut extraordinaria, ad exteriora ministeria non mitti, hoc intelligimus de missione, qua Angeli mittuntur ad salutem hominum, & de ministeriis que ad bonum electorum ordinantur: de illis enim solum procedit ratio Div. Thomæ supra adducta, ut consideranti patebit. Unde cum hoc stat, quod Angeli suprema hierarchie missi fuerint ad ministrandum Christo tanquam proprio capiti & domino: cum enim in Christo fit ordo unionis hypostaticæ, qui est superior ordine gratiæ, propter illum præternaturalis tunc ordo qui servatur in ministeriis Angelorum, qui attenditur secundum dona gratiarum; sicut propter ordinem gratiæ interdum præternaturalis ordo naturæ. Quapropter non videtur negandum, supremos Angelos in honorem Christi ad terram descendisse: primo quidem in die natiuitatis eius; nam Chryostomus Psalm. 8. in principio expendens illud Luca 2. *Facta est cum Angelis multitudo militia celestis concentium,* & dicentium: *gloria in excelsis Deo;* asserit multitudinem illam ex omnibus Angelorum choris fuisse constatam. Superiorum (inquit) chororum in Cherubim & Seraphim hoc est munus: Deum assistere laudare, & hymnis celebrare. Ex his choris etiam in terra apparuerunt, cum vigilantiâ pastoribus cantantes.

De Angelis item qui post tentationem & jejunium Christo ministrarunt, facile credi potest eos fuisse ex supremis, in honorem victoriæ quam de Lucifero Christus superstravit. Verefissimum est etiam, quod Christo resurgenti, & in celum ascendenti, missi sint spiritus suprema hierarchie, ut illi exhiberent famulatum, eisque triumphum honorarent: unde cum Asterum 1. dicitur de Christo: *sic quo*

... neminem vidit... et quod in die iudicii, non solum inferiores Angeli...

45 Respondetur negando... Licet enim Gabriel solum sit Archangelus...

ARTICULUS III.

An mundi gubernatio, & presertim hominum custodia, Beatis Angelis a Deo commissum sit?

DE Angelorum dignitate & gloria, variisque eorum hierarchiis & ordinibus...

§. I.

Prima pars quaesiti resolvitur.

46 Deo primo, Deus per Beatorum Angelorum ministeria hunc visibilibus mundum gubernat...

47 Praeterea, ut dicitur idem S. Doctor 3. cont. Gentes... Quae amplius de virtute divina providentia participant...

48 Id etiam solo luminis naturalis ductu agnovere quidam ex antiquis Philosophis. Trinegibus enim in Pymandro...

circulos: hi sunt mundi hujus gubernatores. Quod forte ex facis paginis mutatus est...

49 Eadem veritas adumbrata videtur per scalam illam mysticis plenissimam, quam vidit Jacob Gen. 28. Illa enim (ut interpretatur Theodoretus & Cyrillus Alexandrinus)...

§. II.

Corollaria notantur digna.

EX his colliges primo, errasse Aristotelem, dum solum in corpora caelestia immediatam praesentiam superioribus spiritibus seu intelligentibus tribuendam putavit...

Ex dictis etiam colliges, valde probabile esse, quod ex Gregorio docet D. Thomas hic q. 113. art. 2. nempe cullibet rerum materialium generi, immo & cullibet ipsarum speciei, proprium & determinatum Angelum in custodia esse deputatum...

servationi, remouent: secundum vero praesentant, applicando activa passivis: hoc enim solum modo ad rerum corruptibilitatem generationem & propagationem possunt concurrere...

53 Querunt hic aliqui, an Angeli virtute sua naturali possint vera patrare miracula? Respondeo negative: quia miraculum verum, & tale simpliciter, est quando fit aliquid contra aut praeter ordinem totius naturae creatae...

54 Respondeo ex D. Thoma hic q. 111. illos tria praecipue circa homines opera exercere posse. In primis enim eorum intellectum illuminare possunt, & ignorantiae tenebris purgare...

§. III.

Statuitur secunda conclusio.

DEO secundo, homines per Angelos regi & gubernari. Haec conclusio sequitur ex praecedenti, si enim per Angelos totius hujus visibilibus universi regimen exercetur...

55 Praeterea, ut dicitur D. Thom. q. 113. art. 1. Ordo divinae providentiae exigit ut mobilia ac mobilita regantur per immutabilia...

56 Respondeo ex D. Thoma hic q. 111. illos tria praecipue circa homines opera exercere posse. In primis enim eorum intellectum illuminare possunt, & ignorantiae tenebris purgare...

auri fulgentia quaedam quasi veritatis signacula spondens se figuraturus hi quibus id ministerium est, superius aurescat; haec est Angeli boni, atque internis animi auribus inferretur: quod ego non puo esse aliud, quam revere spirituales quatuor similitudines...

Advertendum est autem, haec esse differentiam inter Angelum illuminatum ab alio Angelo, & hominem pariter illuminatum quod Angelus non solum cognoscit rem de qua illuminatur, sed etiam personam illuminantem...

Secundo possunt Angeli regere homines, movendo eorum voluntatem non quidem ab intrinseco, & ex parte potentiae; hoc enim inquit S. Thom. hic quaest. 111. art. 2. & supra quaest. 106. art. 2. solum Deo convenit...

§. IV.

Tertia conclusio stabilitur.

DEO tertio: Angelos Beatos ad custodiam hominum esse se a Deo deputatos.

Haec conclusio sic absolute sumpta est de fide, vix enim quidquam aliud est frequentius in Scriptura, & Sanctis Patribus. In primis dicitur Psal. 90. Angeli sunt Deus mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis...

Potest etiam suaderi conclusio ratione D. Thom. supra 59 adducta: Rectus enim ordo divinae providentiae posulat ut inferiora per superiora; & mobilia ac variabilia per immutabilia & invariabilia moveantur & gubernentur...

Contra hanc assertionem objici potest, hujusmodi custodiam felicitati Angelorum opponi: Angeli enim eorum inquit Salvator Matth. 18. Semper videns faciem patris mei: Si ergo semper Deum vident, eique assistunt, quomodo homini...

per. Et Tertullianus lib. adversus Valentium, Diabolum, serpente lucifugam, & colubum torcosum appellat, & subdit: Christum columba demonstrare solita est, serpens vero tentare: illa a primordio divina pacis prae, ille a primordio divina imaginis prae. Notat etiam D. Gregorius ubi supra, quod Diabolus modo bellua, nunc draco, nunc avis appellatur: Quia (inquit) per se ad deceptorum cor se species infert, in quot eos nequitas implicat. In eis quos ad fulcritum luxuria excitat, jumentum est. In eis quos ad fastum superbia, quasi alta sapientes, elevat, avis est. In eis quod ad nocendi malitiam inflammat, draco est. Vocatur etiam apud Job מַרְיָקָאוֹס, id est monstrum quoddam ex formica & leone compositum: titillat enim (inquit idem Gregorius) ut formica, & ut leo favit & debacchatur. Vel, ut alii volunt, formica & leo dicitur: quia eis qui illi fortiter resistunt, formica est, leo vero adversus illos qui ejus tentationibus cedunt, & ab eo se vinci ac seduci patiuntur.

76 Advertendum est etiam cum D. Thoma loc. cit. art. 5. falsam esse sententiam aliquorum, asserentium Demonem semel victum, nec eum a quo victus est, nec ullam aliam deinceps tentare: siquidem oppositum ex Scriptura manifeste colligitur: dicitur enim Matth. 12. Revertar in domum meam unde exivi: & Luca 4. consummata omni tentatione Diabolus recessit a Christo usque ad tempus. Unde apud Job dormire dicitur in umbra & in secreto calami, ac in locis humentibus: sed somnum simulat, & dum dor-

mire videtur, cor ejus ad excogitandas insidias vigilat: sicut vulpes & felines somnum fingunt ut aves decipiant. Perovocantissimus hostis ille (ait Tertullianus de penit. c. 7.) nunquam malitia sua orium facit, qui tunc maxime facit, cum hominem plane sentit liberatum; tunc plurimum accenditur, dum extinguitur.

Verum sicut Demones semper vigilant ad tentandos & decipiendos homines: Ita & beati Angeli ad eos custodiendos & defendendos, juxta illud Isaie 62. super muros tuos Jerusalem constituti custodes, tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Quae verba expendens Bernardus serm. 11. in Psal. 90. Quamquam (inquit) debet hoc verbum inferre reverentiam, asserre devotionem, conferrere fiduciam: reverentiam pro presentia, devotionem pro benevolentia, fiduciam pro custodia &c.

Cetera quae docet S. Thomas de custodia Angelorum, 77 & de impugnatione Daemonum, clara sunt, & nulla indigent interpretatione. Concludamus ergo hunc Tractatum de Angeli: suspirans ad eos de quibus loquimur, ait Gregorius: inextinguibilis cum Angelis, subdit Leo Papa: & magnum illum Dionysium imitemur, qui se φιλάρων, hoc est amatores Angelorum, nuncupabat. Redeamus ad eos, honoramus eos, quantum possumus, quantum debemus, addit Bernardus. Totus tamen ei reddatur & amor & honor nobis, a quo tam ipsi quam nobis est totum unde honoramus vel amare, unde amari honoratur mereamur.

TRACTATUS OCTAVUS.

DE HOMINE, VARIISQUE STATIBUS NATURÆ HUMANÆ.

PREFATIO.



NULLA est infra Angulum, cujus naturam, facultates, operationes, ceteraque dotes, hactenus satis explicimus; alia nobilior homine creatura, & quae magis auctoris imaginem referat, aut artem commendat. Vix ullam commendationem reperire est, quae cum Philosophi, cum Theologi exquisitum adeo opus & divitiarum operum compendium non dignissimum censent. Egregie quidem et Philosophi hominum contemplandi ceteris rebus naturam, pretiosum animal, & oculum quendam totius rerum universitatis nuncupant. Sed illustriora sunt, quae Nazianzenus habet oratione 33. dum hominem vocat altum Angelum, mixtum adorabilem, visibilis creatura spectabilem, mystem intelligibilem, eorum quae in terra sunt regem, terrenum pariter ac caelestem. Praeterea quae ceteri congerunt, hominem abstractissimum esse mundi compendium, temporis ac aeternitatis oronem: spirituum, corporumque sacrum vinculum, totiusque universi nexum & humentum, infinita Dei sapientia praclarissimum refectivum, molentia naturae deus, epulique ejus perfectissimum, magnum miraculum, immo & miraculorum miraculum. Idcirco deprecatur, ut illum Plato loquatur. Sed mox quidem sententia quaecumque ad commendationem hominis spectant, complexus est Moyses, cum prima generis rerum historia narrat, hominem post cetera quae velut in experimentum artis praemissa sunt, Dei consilio, adhibitaque manu, qua velut sine experientia productum fuisse, fuisse epulicis imaginem, quantum Divinitatis lineamenta tantum capere potuit, accepisse. Inferiores naturae, rationis, sensusque experies, calum ipsum, & quaecumque cali ambitu continentur, solo imperio, & ut inquit Tertullianus, imperiali voce, producta sunt; Dixit & facta sunt, mandavit & creata sunt: sed erat majoris melis hominem condere: adhibetur consultatio, tota ars in usum revocatur, & ut inquit Sapiens, cum reverentia, de prima hominis nutritione, & blandiente verbo, ut addit Tertullianus, disponitur: Faciamus hominem. Tumultuaria quodam modo (inquit Gregorius Nyssenus lib. de officio hominis cap. 23.) creatura reliqua divina proceditur, solo imperio subsistens: hominis vero structuram, consilium antecedit, & ab artifice ipso, quadam sermonis pictura, quod futurum erat adumbratur.

Nec vero id solum ad hominis animum spectat: ipsum corpus, ipsa caro, Dei Spiritus vagina, ut inquit Tertullianus, non solum sermone Dei constitit, sed etiam manu, propter pralationem, ne universitati compararetur, aut cum illa universitatis creatura assemblabilis, licet praestantissima, ne exceptis quidem Syderibus inloque Sole, jure conferri posset. Quod D. Prospero carmine de Providentia, ita eleganter expressit.

Cumque omnia verberet, hunc manibus, quo plus genitoris haberet, Dignatur formare suis.
Describit hoc quoque Prudentius in Apotheosi, versibus istis elegantissimis;
Tantus amor terrae, tanta est dilectio nostri, Dignatur praeipuis hami comprehendere mollem Divinis glebam digitis: nec fordida censet Haerentis masse contagia. Jussit ut lux Confiert: facta est ut jussit. Omnia iussa Imperitante novae traxerunt edita formas. Solas homo emeruit Domini formabile dextra Os capere, & habere Deitatis signum nasci.

Sed demum tam omnem commendationem hac una superat, scilicet integram Divini Numinis imaginem, ob intelligendū vim, ob rationalem facultatem, ob liberum arbitrium, ac denique ob regiam dignitatem, & summum in inferioribus res imperium, accepisse: quae diminutum quoddam nomen & conspiciendum videtur posse, & quae tantum cetera sibi subiecta superat, quantum rude vestigium absoluta sui numeris imago antecedit. Hinc Marini Victor lib. 1. in Genesis, abstractis ceteris mundani officii partibus, Deum de suo sibi simillimo opere, suaeque imagine sibi gratulantem, sic loquentem inducit:

Nunc hominem faciamus, ait, qui regnet in orbe. Qui sit imago Dei, similem decet esse creaturam.

Sed quae hactenus diximus: omnia simul, auctoque sensu colligit D. Gregorius lib. 9. Moral. capit. 9. ubi sic habet. Quamvis per coeternum Dei verbum cuncta creata sint, in ipsa tamen relatione creationis ostenditur: quantum cunctis animalibus, quantum rebus vel caelestibus, homo praefertur. Cuncta quippe dixit, & facta sunt. Cum vero facere hominem decrevit, hoc quod reverenter pensandum est, praemittit, dicens, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, &c. ut videlicet, quia rationalis natura condebat, quasi cum

eam consilio facta videretur. Quasi per studium de terra plasnatur, & inspiratione conditoris, in virtute spiritus vitalis erigitur; ut scilicet non per julionis vocem, sed per dignitatem operationis existeret, qui ad conditoris imaginem fiebat.

Nihil est quod praeterea felicitati hominis accedere poterit, si intra naturae limites ipsum coercens. Et sane adeo singulares dotes sunt quae hactenus explicavimus, adeoque hominem supra ceteras res; prope ipsas caelestes mentes excolunt, ut non immerito Hugo Eberhardus dicitur, Angelos amulationem quadam ferri in homines, quae natura parum infra se posuit; siquidem adeo proximae dotes, nisi quod summa eorum beatitudo esset, ut sibi de hominum consorcio gratularentur, quos gratia donis parat, & interdum superiores, suisque ordinibus permixtos & amatos & celatos.

Hae pauca praemittere visum est, ut usque alibi scies, in commendationem objecti quod explicandum suscipio. Quantum vero ad hujus tractationis cum superiori connexionem & ordinem, nihil attinet dicere, adeo res ipsa perspecta: absoluta enim tractatione de Angelis, restat methodus postulat, ut alteram de Homine, quem Nazianzenus alterum Angelum vocat, subiungam. Verum quia Philosophi de partibus hominis quibus componitur, anima scilicet & corpore, de potentia cum spiritalibus tum corporeis ac etiam de passionibus, affectibusque differunt: unum superest ut de variis statibus in quibus homo est, & vel sit, aut esse patuit, disseram, & hac Tractatione primam Theologiae meae partem abstractam, sub auspiciis mei Angelici Praeceptoris, quem supra hominem, alterum Angelum, & universusque naturae Angelicae & humanae verissimum Orizontem, sacrum vinculum, & felicem hymenaeum, jure merito dixerim.

DISPUTATIO PRIMA.

De Creatione hominis, & statu innocentiae.



HIC Duo in hac disputatione conjungimus, quia insignes dotes & praerogativa quae homo in sua creatione recepit, vix possunt intelligi, nisi dona & privilegia status innocentiae, in quo primi parentes conditi sunt, explicentur, ut ex infra dicendis patebit.

ARTICULUS PRIMUS.

De productione Adami.

Constat ex capite primo Genesis, Deum, mundo corporeo jam condito, & ornato, sexto die a principio creationis, hominem condidisse, & velut in eleganter extructum & preparatum domicilium ac palatium, Regem & caput mundi corporei, propter quem reliqua corporea condita sunt, induxisset. Moles autem imitatus videtur Ovidius, qui lib. 2. Metam. exposita omnium aliarum rerum procreatione, de homine subjicit:

Sancitū hīs animal, mentisque capacis alia. Deerat adhuc, & quod dominari in cetera posset, Natus homo est.

Cur autem homo postremo loco productus sit, variae ac egregiae a SS. Patribus asseri solent rationes. In primis enim (ut ait Nemefius lib. de natura hominis) cum omnia propter hominem essent condita, oportebat primam quae ad usum illius perhibebat parata esse, deinde eum qui illi usurus esset produci. Quam rationem eleganter explicat Philo in libro de mundi officio, ubi sic ait: ut igitur convivia non prius ad cenam vocant, quam ad epulum necessaria preparaverint; & qui gymnices ludos, & theatralis exhibent, antequam spectatores in theatrum vel stadio congregent, ceteraque & ceterarum rerum, quae ad eorum usum erunt necessitatem adhibent, cepit parari. Ita totius mundi princeps, tamquam certaminis aut convivii dator, hominem ad epulum & spectaculum vocavit, quidquid ad utrumque pertinebat, apparavit: ut in mundum ingressus, ille statim incederet & convivorum, & theatrum sacratissimum. Simili ratione utitur Nazianzenus orat. 43. ubi ait quod prius construendum erat palatium: & postea Rex introducendus. Non enim, subdit Nyssenus lib. de officio hominis cap. 3. consentaneum erat, ut princeps ac rector existeret, antequam essent illa quibus imperaret: sed ut constituta iam imperio, iam Rex demum renouaretur.

Deinde conveniens erat prius creati magnum mundum, postea parvum, qui esset totius mundi magni epitome & compendium, Vel ut ait Nemefius libro supra citato, producta a Deo creatura pure spirituali, & pure corporea, oportebat esse quoddam vinculum utriusque, ut unum esset hoc universum, sibi que consentiens, nec a seipso alienum: Vel, ut scribit Philo Judaeus, ubi supra, consentaneum erat ut primo Dei operi, postremum responderet, atque ut initio Deus caelum condiderat, omnium sensibilem, exterioerumque perfectissimum: sic ultimo hominem faceret, genitorum & corruptibilem longe praestantissimum, ac parvum, ut sic dicere liceat, caelum.

Has & similes rationes breviter & compendiose attigit Pererius in praefatione lib. 4. in Genesis, ubi haec scribit: Verum cur (dicit aliqui) postremo loco generatus est homo? An quia ordine generationis quae perfectiora, ea sceler esse posteriora? An quod antea comparandum homini fuerat domicilium, & domus ante instruita & ornata suscepisset, qui est mundus hic omnium rerum generabilis completus: An quia homo rebus omnibus corporeis velut ad vitam agendam, tuendamque, vel ad deitatis emer, arteque percipiendae? An propterea ultimus creatus est, quod verum omnium dominus & quasi finis? Non enim omnium rerum, inquit Aristoteles, quasi finis sumus. An quod erat convenienter prius creati magnum mundum eo qui esse totius mundi magni velut perfectissimum quoddam compendium, & omnia que in magno mundo distincte ac diffuse continentur, habens in se restricta & con-

creta? An denique quod homo res quidam media esse inter corporeas res & incorporeas interjecta, & universae generis naturae, ac proprietatum participare? quod autem hujus generis medium est, id appellant Philosophi medium per compositionem seu participationem extremorum, idque posterius extremum.

Plures etiam ex his rationibus indicat Nazianzenus orat. 43. ubi ait: Hominem Deus velut mundum quendam alterum, in parvo magnum supra terram collocatum, Angelum alium, mixtum adorabilem, visibilis creatura spectabilem, mystem intelligibilem, eorum quidem quae in terra sunt Regem, caelesti autem Regi subditum: terrenum pariter ac caelestem.

Ceterum primi hominis productionem Moyses cap. 1. 3. a. Genesis, his verbis describit: Et vidit Deus quod esset bonum: & ait: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram; & prae se piscibus maris, & volatilibus caeli, & bestis, universaque terra, omnique reptili quod movetur in terra. Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terrae, & inspiravit in faciem ejus spiraculum vitae, & factus est homo in animam viventem. Ubi plura annotanda sunt, quae hominis dignitatem & excellentiam mirum in modum commendant. Primo verbum illud faciamus, quod indicat, Deum cum ad aliarum rerum corporearum productionem solo usus sit imperio, Dixit & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt, in creatione hominis, tanquam in exquisito & industria majoris opere, nova quadam & singulari ratione atque oratione usum fuisse, ac prius veluti consultationem & deliberationem de eo condendo adhibuisse; non quod Deus consultatione & deliberatione eget, sed ut humani officii dignitas aperit innoteret: solent quippe officios diu deliberare, ubi aliquid magni momenti agendum est, nec nisi praehabito maturo consilio, ad opus aliquod arduum manus admovent. Unde preclare Bassilius homil. 10. in Hexameron: Nolle vis te ipsum? vel hinc auspiciū sumito. De nullo enim operum quae Deus creatus considerat, vox ista: Faciamus, in litteras transmissa est: sed simplici verbo & mandato Dei omnia creata sunt. Erudire igitur hic o homo, ac edisse, quanti tuus in agendum venias. Neque enim generatorem tuam velut patris vulgari, communi creaturam mandato censui assequendam. In Deo praegrediar consultatio, quemadmodum tantum hoc animal procebi debet & ad vitam. Faciamus ait: En consulat Sapiens, & quid secum statuerit assest, propter decernendum. Reverendum (subdit Petrus Damianus) revera privilegium, nec ulli tantum creaturae. Creator illa sublimior numerofitas Angelorum, & elementorum omnium ordinatior variata connexio, sed omnipotentis presentia opus tantum alta tacturitate profectat? ut vero venit ad hominem, & nobilitate disponitur, accingit se Trinitas ad creandum, & consilium accipit sapientia, ut creatura dignitas, Creatoris privilegio clara esse monstraret.

Deinde notanda sunt illa verba: Ad imaginem & similitudinem nostram, quibus altera insignis hominis praerogativa designatur: cum enim res alia corporea, sint tantum velut quaedam signa & vestigia Creatoris, homo est perfecta quaedam Divinitatis imago, ob liberum quo pollet arbitrium, & propter regiam dignitatem quam in res omnes terrenas, obtinet: unde subdit Scriptura: Et prae se piscibus maris, & volatilibus caeli, & bestis, universaque terra, omnique reptili quod movetur in terra. Hinc Chryostomus lib. 1. ad Stagiriam, Deum, ait, hoc in terris hominem esse voluisse, quod ipse in caelis erat. Et Nyssenus lib. de officio hominis cap. 4. Anima (inquit) regiam excelsaque dignitatem, longe a privata objectione distinctam, in eo demonstrat, quod nullius domini subiectum, & sui potestatis est, ac suaeque voluntate & libero arbitrio gubernatur. Cujus enim proprium illud est, quae Regis? Praeterea imaginem esse naturae omnibus imperantem, nihil aliud est, quam cum regia dignitate naturam esse conditam. Id quoque eleganter expressit Tertullianus lib. a. contra Marcionem c. 5. his verbis: Liberum & sui arbitrii & sui potestatis invenio hominem a Deo institutum: nullam magis imaginem & similitudinem Dei in illo animalium creatus quam ipsius status formam: neque enim facit & corporallius libertas, tam variis in genere humanis, ac uniformem Deum expressus est, sed in ea substantia, quam ab ipso Deo trahit, id est anima, ad formam